DELINEATIO CONSILII BREVISSIMA:

quam

Societati Mercatorum Belgarum Londini Florentiſs. Commorantium

Conſecrat

ADAM REVTER.

LONDINI,
Anno Domini. cIↃ. IↃ. C. XIIII.

VIRIS PIETATE VERA, FIDE INTE-

GRA, PRVDENTIA, SOLERTIA, HVMANI-

tateq; ſumma conſpicuis, Mercatoribus

Belgis, Londini Commoran-

tibus. *S.*

MElius; dixiſſe nihil, quam parum. Tritum eſt. Eſt & verum. Exaggeratio enim beneficij illud eſt, imminutionem eiuſdem hoc cum ſapiat. Tam procul itaq; videbor futurus a gratitudine, quam oppoſito illi ſum vicinus. Cui enim id parum *magis, quam quadraret huic noſtro? Num paucis* de Conſilio? *num paucis* pro beneficio, *& eo quidem* ſummo, *a vobis mihi præſtito?* Libertatis *certè* defenſionem *vobis acceptam refero: vobis* humanitatem *multorum. Adhuc in manibus eſt, veſtra manu conſcriptus catalogus: adhuc, qui quotidie hortatur* agas gratias Dnn. Burlemaqui, Ioan. Luce, Samueli de Viſcher, Petro Rickant, Leonard, Swares, *breuiter* omni ſocietati. *Obtemperandum fuit. Iuſſum igitur* paruitatem gratitudinis meæ *excuſabit veſtrum: excuſabit &* conſilij delineationis. *Adſapientes quia, & ad normam ſapientiæ, quæ:* τὰ ἀναγκαῖα, καὶ ὀλίγων: neceſſaria, eaq; paucis. *Nec excuſabit ſolum, ſed facict beneficiorum accumulatione integro volumini ſemper adſcribendum* parum. Rei *enim* ſacræ *qualis* Conſilium *tractationi, auxilio*

deesse vt poteritis pij? Impius ego si dubitarem, impiu
tatem nisi exercerem, & vos omnes, studiorum fautor
protectioni diuinæ committerem. Londini 9. Apri
Anno 1614.

V. deuotiss.

ADAM REVTE

CONSILII
DELINEATIO.

INdomitus pullus, iure, Philosophus. In præceptorem quia iniurius. Quis enim non *cum Platone, Democritum* sequente *contra Aristotelem*? Cum *numero* constent *omnia*. Terrestria & Cœlestia. Illa, quia hæc. Hæc, quia *in principio per vnum ab vno*. Fateamur cogit ratio. Effectus enim toto genere causa sua poterit esse deterior? Necessum similitudo intercedat cum causa effectui. Cordatus haud negauerit. Inconsideratum facilè vincemus, scriptura, ratione, semetipso, & ita veritate. Vt enim mittamus *Poetas, Musicos, Arithmeticos, Geometras, Astrologos*, qui omnes *in numero* occupati: obiter vt assumamus superius ex scriptura quæ attigimus: verbo vnico vt notemus *Vnius* illud: SVM: leuiter vt perstringamus *animum & mentem* ob igneum vigorem & originem cœlestem, astra ipsa in potestate habentem: *pius imperat astris*: &: *Sapiens dominabitur astris*: ratione, aliter constare vt poterit esse principij, nisi *in numero*, seu magis *in numerorum radice*, vel, vt *Bodinus* vult, in *numerorum principe*? Duo enim vt possunt esse principia prima rerum, cum non nisi *vnum* agnoscat *scriptura*, *vnum natura* velit esse infinitum, duo non solum non agnoscat, sed absolutè neget? Consulantur Physici. Impossibile sanè, Sum prædicari posse, nisi *de vno* tantum. *Vnus Deus*, *vnus Dominus*, *vnus sol*, *vnus mundus*. At, inquies, compositus hic. Ideo, respondebimus *vnus*: quia compositus, & ita extra compositionem nullus. Hinc ruina & finis eius *dissolutio*. Nec refragatur magnitudo. In hac enim *vnus* vno dum circumcingitur circulo. Quid quod nullus ferè. Cum cœlo enim si contulerimus, vix punctum æquat. Si in & cum seipso idem. Globi enim terrestris fundamentum quod? *Centrum*. Hoc *punctum*. Hoc igitur terræ fundamentum. Hinc apte huic *Cicero in Timeo*. *Diuersa & multa in vnum iunguntur*, *medio*

Iaert. vit. Aristot. l. 8 de Rep. 5. Polit. 12.

Gen. 1. Iohan. 1.

De Republ. lib. 6.

dio certo ex vtroq; quid participante & partes in totum in-gente.

Punctum si, vt punctum, haud incongrue *Epicurus*, & *Democritus*: *Conflatus mundus ex atomis.* Mundus si ita, quæ in mundo vt aliter? Eo modo, quo quid partum, est conseruandum. Et notum natura: Conuenientiam debere esse & similitudinem inter alimentum & id quod alitur. Medicorum videantur scholæ. Historia itaq; & natura manifestum, *inferiora*, regna, volo, monarchias, principatus non nisi *numero* conseruari & eodem *vno*. *Vnus* enim in manu statuę regię & imperatoriæ *globus*, *Vnus paterfamilias*, *vnus princeps*, *vnus rex*, *vna anima*, *vna*. In collectiuis maximè & compositis. Testis scriptura, testis experientia. Ex illa verissimum: *Regnum diuisum desolabitur.* Et precatur Dauid gratias agendo: *Diuidit Deus inimicos meos ante me.* Hac indubitatum: *Vnitate & concordia parua res crescere.* Quo rectè *Philosophia Boëtij*, referente *Warem. de Erenberg*: omne tam diu subsistere potest, quam diu vnum, sed dissolui & interire pariter cum vnum esse desierit. Magna sanè numeri vis, vt quo & res diuinę melius intelligantur & humanę, *est apud Augustinum*: quo mutato, mutatio regiminis haud obscurè innuitur: quia eo legitimè incorrupto seruato, regimina constituuntur, ædificantur. Firmant hoc Poetæ, *Amphionа & Orpheum* musices suauitate muros suscitasse patrios. Firmant *Aegyptij*, quorum cautum legibus, ne quid cantaretur eo nisi prius a magistratu examinato. Firmat *Plato*, qui, *citante Cœl. Rodigin.* mutata affirmat musica, mutari & regimina. Musices autem quæ substantia? Interuallis constat & numeris. *Diapente* enim habet, *diatessaron*, *diapason*, quæ omnia numeros, vel ipsa manifestum natiua vocabulorum significatione. *Numero* itaq; omnia cum constent natura, hæc autem sui natura immota, quæ non semper non potest eodem agere modo, id est, ad conseruationem sui: conseruatio autem sui sit in *æqualitate* seu *similitudine* inter conseruantẽ & conseruandum, teste superius relata Medicorum & Physicorum schola, nihil certius, statuamus, & hodierno die, regna omnia, vrbes, ciuitates, respublicas, *Consilia* præsente conseruari, augeri; imminui, ruere, tolli, eodem absente. Quia nihil magis *vnum*. Docebit notatio: monstrabit idem definitio.

Regn. subsi. c. 2. n. 57.

11. Ciuit. Dei. c. 30.

2. de LL. & lib. 8 Republ. Lib. 5. antiq. c. 23

§. ius natur. Inst. i. H. G. & C.

definitio. Adstipulatur causarum series & dispositio. Creationem enim numnon antecedit *Consultatio* quædam ? Innuit hoc scriptura dum Creatorem introducit dicentem : *faciamus hominem ad imaginem nostram.* Dum *per Verbum creatum* adstruit: quod alibi scriptura *Consilium* appellat, σύμβολον *Sybillam*, *Consiliatorẽ Lactantius.* Effectus idem euincit consilij & natura. Est enim *Consilium* διάτατον περὶ τῶν ἀνθρώπων : *diuinissimum inter homines*: ἱερὸν ἀληθῶς : *profecto sacrum* : *regnorum, ciuitatum, nationum, imperiorum fundamentum, munimentum, stabilimentum vrbium, incrementum regium & maximum, iusticiæ Comes.* vt ex *Constantini* verbis, in orat. ad milit. apud historicum colligitur: *felicitatis & fortunæ domitor, felicitatis custos, virium auctor: fortitudine melius, imperatorum pars, imo corpus ipsum : fulmen: timoris exturbator, Arma vincit, vincit nationes. Acceptis cladibus Mithridates, nihil animo fractus verum plus in Consilio, quam in armis & viribus præsidij ponens, magnis agendis rebus natus, nihil non audendum sperandumue putabat, corporis & virium infirmitatem animi cõsilijs fouens. Iulianus, corporis munus a milite quod arma, ab imperatore vero animi, quod consilium, poscit, turpeq; existimat sapienti, cum animum habeat, laudes captare ex corpore. Tiberius se, nouies, dicit, ad Germanicum reuocandum a D. Augusto in Germaniam missum, plura consilio, quam vi effecisse iusto gloriatur. Sic Sicambros in deditionem acceptos, sic Suenos, sic regem Marabodnum pace obstrictum, sic posse & Cheruscos, cateraſq; rebelles gentes, quando Romana vltioni consultum, vinci. Cæsaris consilijs & institutis vrbem stabilitam, testis locupletissimus Cicero. Tullius ad Suffetium fatetur, ijs, qui aliorum imperium obtinere voluerint, duo adesse oportere, & in bello vires, & in consilijs prudentiam affirmatq; ad tantam amplitudinem, quæ tunc erat, tantamq; potentiam rempubl. Romanam, intra tertiam ab vrbe condita ætatem excrescere neutiquam potuisse, nisi & eximia fortitudo & prudentia in ea fuisset. Augustus, plus fiduciæ in consilio, quam in apparatu ponit Vnum* itaq; sit oportet. Hinc & *a conciliando* consilium, vt quo diuersæ & discrepantes, ratione interueniente *in vnam* amicamq; *concilientur* sententiam : vel quo diuersa, apparens instans, veres, reipubl. vel commodo nostro, cum eadem, eodem medio reconciliatur & amica fit conser-

uatrixq;. Et ita habet se [redacted], *vt medium*, quo bellum inter nos & rem periculumve præsens veniensvé tollitur, & natura naturæ in conseruationem sui conciliatur. Vnde & *a Consiliendo* quidam haud incommode, vtpote quo, inimicitia contra naturam sublata pro natura, in vnum *Consiliat*, & separatum antea saltu quasi quodam in vnum conglutinetur. Quo & illæ, *Cicero* qua vtitur, respicit dum: *Regia*, inquit, *imperia duo sunto, iiq; præeundo, iudicando, consulendo, prætores, iudices, consules, sunto.* Et hæc *Guarini Veronensis*, qua *a con & cilium*, dicit consilium, similitudine quadam ciliorum; quia sicut cilia iunguntur, cum oculi quiescere cupiunt: ita quoq; iunguntur homines concorditer in consilio. Iuuat *Ciceronem* quod haud infrequenter *consilium* scribatur, leui mutatione literarum, nisi *a consolando* velimus, quod *consoletur* omni re alia destitutum. Ad hoc enim idem digitum intendisse videtur dum *ad Atticum sæpissime*, scribit, *curam & angorem animi mei sermone & consilio leuasti tuo.* Et iterum: *Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem, aut consolatione, aut consilio, aut quacunq; re potes.* Haud ignoramus in conseruatione reipubl. *iusticiæ* tribui primas. Meminimus enim que *Iustinianus* imperator: meminimus quæ *Aristoteles*: meminimus quæ *Cicero*, quæ *Plato*, quæ *politicorum caterva* loquantur de iustitia & eiusdem in conseruatione regnorum prærogatiua. Nec obliti sumus verborum & mentis *Marsilij Ficini numerum* quoq; nostrum *ad iustitiam* applicantes: haud tamen vituperio digni nos, qui *numerum*, rerum conseruatricem omnium: aliorum melius sentiẽtium iudicio semper saluo: *Consilium*. Causa enim causati; quod necessum omnino considerata: omnium enim consensu potior illa: & iam supra demonstratum, similitudinem esse debere inter causam & effectum, cum omne producat sibi simile: fateamur nolentes etiam, *ius* seu legem *effectum* esse *Consilij*. Cum enim *ex facto ius*: cum factum variet ius: *ex malis moribus cum bonæ leges*: cum *lex reipubl.* sit *sponsio communis*: omnia autem hęc: priora quidem antiqua legem quæ promereantur: posterius, an, & in quantum temporis lex iure constituta, habilitanda, quęratur: in considerationem virorum doctorum & piorum veniant: mundo affirmante: fateamur, oportet id quod diximus & affirmauimus. Annon quoq; *lex* omnis *pacis patria* sit con-

Funger. in Etymol. 3. de LL.

De art. punct.

Lib. 1. Ep. 15.
Lib. 9. ad Attic. Ep. 4.

Proœm. Instit. In Politic. in Off. & in lib. de LL.

Arg. dial. 4. Plat. de Republ. refer. Bart. Phil. del conseio. disc. fin. n. 9.

conseruandæ causa? Nemo negauerit: aut negare præsumentem imperatorium confutabit & naturæ decretum, quorum illud *Salus populi*: hoc *conseruatio sui*: pax autem an bello potior & reipubl. vtilior, semper ante decisionem veniat in disceptationem, vt ex historia liquidum & experientia comprobatum: iterum *consilium* futurum *mater legis*. Ex qua causa & Diui fratres, & *Iustinianus*, reliquiq; *imperatores* in legum positione *prudentes* habuere *viros* quorum *consilio*: verba sunt *Iustiniani imp.* confidebant rempubl. sartam tectam iri conseruatam. Vnde & rectè *Leunclauius τὰ τῆς βουλῆς δόγματα senatusconsulta sunt quæ leges.* Et vt *vnitas* sententiæ *legem* figentium *causa* est *legis*; vel magis ipsa lex: cum *iustitia* nihil sit aliud quam *constans & perpetua voluntas*, & ita *vnitas*: ita & *vnitas* est *scopus* & *intentio legis*: patet ex iam dictis: patet, quia leges, quib. imperant *vnum* constituunt *corpus*, rationeq; iam relata recte puniunt, vt vnitatis & corporis violatorem manus sibi inferentem, cum iure rescriptum: *Nemo corporis sui dominus aut arbiter.* Nec minoris authoritatis est ad firmandum id quod asserimus ipsa, quam damus, *Consilij* definitio: quæ, præmissa vocabuli significatione diuersa: nunc enim *locum* consilium vbi habetur: abire in consilium.

In not. ad Dion. lib. 73.

L. 13. in pr. ff. ad leg. Aquil. Tacit. 12. Annal. Cic. 1 ad Attic. 13 Leuncl. in not. ad Dion. lib. 48. Idom. in not. ad lib. 36.

Nunc *ipsam consultantium* significat *congregationem*: vt *vocat consilium*: in *pleno consilio: Hinc, vt quæquares ad consilium primis postulationibus referebatur.* Hinc & *Græci βουλὴν καλίγων* pro ipsa *congregatione* Cæsar cui arbitrium causæ commiserat. Latinè: *Senatus caligarum* ab vsu caligarum quibus milites huius congregationis vtebantur. Et simpliciter *βουλὴν* pro *Senatu* vsurpant: prætermissaq; aliorum definitione quæ varia, nobis: *Sententia, rei feliciter gerendæ. Consilium est sententia rei feliciter gerendæ. Sententia*: Rectè. Quia enim omne *consilium finem* suum habet *felicitatem pacemve*, vt partim ex iam dictis, partim ex inferius dicendis apertissimum: conseruare autem natura velit habeat quid conseruationi oppositum, quod generali vocabulo nobis appellare liceat *destructionem*: augmentare velit non tam amorem sui quam timoris diminutionem: consequi velit antecedentem eius, consequi quod cupimus, priuationem: hæc autem omnia, diminutio, priuatio, destructio ex sententiarum discrepantia, quia contraria hisce ex earundem conuenientia & vnitate, quod

utrixq;. Et ita habet ſe[illegible], *vt medium*, quo bel[illegible]
rem periculumve præſens veniensvé tolli[illegible]

Fungér. in E
mol. 3. de LL.

De art. punct.

Lib. 1. Ep. 15.
Lib. 9. ad Att
Ep. 4.

Proœm. Inſtit.
In Politic. in O
& in lib. de LL

Arg. dial. 4. Pla
de Republ. refe
Bart. Phil. d
conſeio. diſc. ſi
n. 9.

[illegible] ſtatuamus, o[illegible]
mus & affirmauimus. Annon quoq; *lex* omnis [illegible]

NOTE

This volume
tight binding a
effort has been
duce the centre
result in

acat
microform

ne has a very
and while every
en made to repro-
res, force would
in damage

demic
orms

uatrixq;. Et ita habet se [redacted], *vt medium*, quo bellum inter nos & rem periculumve præsens veniensvé tollitur, & natura naturæ in conseruationem sui conciliatur. Vnde & *a Consiliendo* quidam haud incommode, vtpote quo, inimicitia contra naturam sublata pro natura, in vnum *Consiliat*, & separatum antea saltu quasi quodam in vnum conglutinetur. Quo & illæ, *Cicero* qua vtitur, respicit dum: *Regia*, inquit, *imperia duo sunto, ijq; præeundo, iudicando, consulendo, prætores, iudices, consules, sunto.* Et hæc *Guarini Veronensis*, qua *a con & cilium*, dicit consilium, similitudine quadam ciliorum; quia sicut cilia iunguntur, cum oculi quiescere cupiunt: ita quoq; iunguntur homines concorditer in consilio. Iuuat *Ciceronem* quod haud infrequenter *consilium* scribatur, leui mutatione literarum, nisi *a consolando* velimus, quod *consoletur* omni re alia destitutum. Ad hoc enim idem digitum intendisse videtur dum *ad Atticum* *sæpissime*, scribit, *curam & angorem animi mei sermone & consilio leuasti tuo.* Et iterum: *Cripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem, aut consolatione, aut consilio, aut quacunq; re potes.* Haud ignoramus in conseruatione reipubl. *iusticiæ* tribui primas. Meminimus enim que *Iustinianus* imperator: meminimus quæ *Aristoteles*: meminimus quæ *Cicero*, quæ *Plato*, quæ *politicorum caterva* loquantur de iustitia & eiusdem in conseruatione regnorum prærogatiua. Nec obliti sumus verborum & mentis *Marsilij Ficini numerum* quoq; nostrum *ad iustitiam* applicantes: haud tamen vituperio digni nos, qui *numerum*, rerum conseruatricem omnium: aliorum melius sentiẽtium iudicio semper saluo: *Consilium*. Causa enim causati; quod necessum omnino considerata: omnium enim consensu potior illa: & iam supra demonstratum, similitudinem esse debere inter causam & effectum, cum omne producat sibi simile: fateamur nolentes etiam, *ius* seu legem *effectum* esse *Consilij*. Cum enim *ex facto ius*: cum factum variet ius: *ex malis moribus cum bonæ leges*: cum *lex reipubl.* sit *sponsio communis*: omnia autem hęc: priora quidem antiqua legem quæ promereantur: posterius, an, & in quantum temporis lex iure constituta, habilitanda, quęratur: in considerationem virorum doctorum & piorum veniant: mundo affirmante: fateamur, oportet id quod diximus & affirmauimus. Annon quoq; *lex* omnis *pacis patria* fit con-

Funger. in Etymol. 3. de LL.

De art. punct.

Lib. 1. Ep. 15. Lib. 9. ad Attic. Ep. 4.

Proœm. Instit. In Politic. in Off. & in lib. de LL.

Arg. dial. 4. Plat. de Republ. refer. Bart. Phil. del conseio. disc. fin. n. 9.

conseruandæ causa? Nemo negauerit: aut negare præsumentem imperatorium confutabit & naturæ decretum, quorum illud *Salus populi*: hoc *conseruatio sui*: pax autem an bello potior & reipubl. vtilior, semper ante decisionem veniat in disceptationem, vt ex historia liquidum & experientia comprobatum: iterum *consilium* futurum *mater legis*. Ex qua causa & Diui fratres, & *Iustinianus*, reliquiq; *imperatores* in legum positione *prudentes* habuere *viros* quorum *consilio*: verba sunt *Iustiniani imp.* confidebant rempubl. sartam tectam iri conseruatam. Vnde & rectè *Leunclauius* τὰ τῆς βουλῆς δόγματα *senatusconsulta sunt quæ leges*. Et vt *vnitas* sententiæ *legem* figentium *causa* est *legis*; vel magis ipsa lex: cum *iustitia* nihil sit aliud quam *constans & perpetua voluntas*, & ita *vnitas*: ita & *vnitas* est *scopus* & *intentio legis*: patet ex iam dictis: patet, quia leges, quib. imperant *vnum* constituunt *corpus*, rationeq; iam relata recte puniunt, vt vnitatis & corporis violatorem manus sibi inferentem, cum iure rescriptum: *Nemo corporis sui dominus aut arbiter*. Nec minoris authoritatis est ad firmandum id quod asserimus ipsa, quam damus, *Consilij* definitio: quæ, præmissa vocabuli significatione diuersa: nunc enim *locum* consilium vbi habetur: abire in consilium.

In not. ad Dion. lib. 73.

L. 13. in pr. ff. ad leg. Aquil. Tacit. 12. Annal. Cic. 1. ad Attic. 13 Leuncl. in not. ad Dion. lib. 48. Idom. in not. ad lib. 36.

Nunc *ipsam consultantium* significat *congregationem*: vt *vocat consilium*: in *pleno consilio*: *Hinc, vt quæ quæres ad consilium primis postulationibus referebatur*. Hinc & *Græci* βουλὴν καλέιγων pro ipsa *congregatione* Cęsar cui arbitrium causę commiserat. Latinè: *Senatus caligarum* ab vsu caligarum quibus milites huius congregationis vtebantur. Et simpliciter βουλὴν pro *Senatu* vsurpant: prætermissaq; aliorum definitione quę varia, nobis: *Sententia, rei feliciter gerendæ. Consilium est sententia rei feliciter gerendæ. Sententia*: Rectè. Quia enim omne *consilium finem* suum habet *felicitatem pacemve*, vt partim ex iam dictis, partim ex inferius dicendis apertissimum: conseruare autem natura velit habeat quid conseruationi oppositum, quod generali vocabulo nobis appellare liceat *destructiuum*: augmentare velit non tam amorem sui quam timoris diminutionem: consequi velit antecedentem eius, consequi quod cupimus, priuationem: hæc autem omnia, diminutio, priuatio, destructio ex sententiarum discrepantia, quia contraria hisce ex earundem conuenientia & vnitate, quod

ex relatis iam supra sole clarius: sequatur necessum discrepantiæ oppositum, discrepantiæ sublationem, *consilium* scilicet, nihil aliud esse quam *sententiam*. Quod & modus comprobat consilium dandi & inquirendi, qui: *dicere quid sentias: quid censes* formula apud historicos frequentissima. Vt mox infra. Et certe priuato de homine consultante conclusio quid facere velit sententia appellabitur. Diuersæ namq; in vnum tandem coëunt animi motiones & cogitationes dubias decidunt. Quod de *Achille* optimè *Homerus*,

Arg. l. 1. §. 1. ff. pact.

Iliad. 1.

---Πηλεϊῶν δ' ἄχος γένετ' ἐν στῆθεσι φίλοις ὄρορε
Σπιθεσσιν λασιοῖσι διάνδιχα μερμήριξεν.

Achilli vero dolor obortus est, animus vero ipsi in pectoribus hirsutis bifariam cogitauit.

Dubitatio igitur cum sit *oppositum sententiæ*, vt quæ sola quam diu est faciat bellum, sit & diffidium rationum in eo in quod cum benè huc tam in genere quam in specie, tam in vniuersali quadret quam particulari, quod de *Tiberio* historicus: *dubitatione alebat bellum*: necessum dubitatione iam sublata constanter fieri sententiam. Nihil exhinc apud auctores frequentius, quam *consilium* dicere *sententiam*. *Quadratus vocat consilium, docta acta, & an vlciseretur consultat, potiretur Rhadamistum maiestate partis, dum innisus, infamis, quando id magis ex vsu quam si cum gloria adeptus foret. In hanc sententiam itum.* Et iterum: *Certatum sententijs, cum alij opperiendos legatos, atq; interim comitate permulcendum militem censerent, alij fortioribus remedijs agendum.* Et alibi de *Germanis* consultantibus: *Si displicuit sententia, fremitu aspernantur, sin placeat frameas concutiunt.* Et *Q. Cicero* apud M. ait se *de concilij sententia* rem ad Senatum reiecisse. Et vlterius *Tacitus*: *Apud Germanos*, inquit, *diuersis sententijs certabatur.* Et mox ibidem: *Diremit Consiliorum diuersitatem approbata Tutoris sententia Classicus.* Et iterum: *Tum rursus deliberaturum*: Verba sunt Suetonij Paulini Othoni Consilium dantis *& si prælium placuisset, auctis viribus certaturos. Accedebat sententia Paulini Marius Celsus: Idem placere Annio Gallo, paucis ante diebus lapsu equi afflicto missi, qui consilium eius sciscitarentur, retulerant.* Vnde & haud infrequenter in modo consilij præcedentis probandi, *placitum* dicitur. *Consultantibus*, ait Tacitus,

Tacit. 3. Annal.

Tac. 12. Ann.

1. Ann.

De mor. Germ.

2. ad Attic. 16.

4. histor.

2. hist.

1. hist.

placuit,

placuit, tentari animum cohortis, qua in palatio stationem agebat. Adstipulatur & opinioni nostræ, quæ γνωμη Græcis Latinis & *consilium* significat & *sententiam.* καὶ ἦλθον μὲν εἰς ἀμφισβήτησιν πρὸς ἀλλήλους ἑκατέρους ταῖς γνώμαις γενόμενοι : *ac disceptatum quidem inter eos fuit sententijs in vtramq; partem propendentibus.* Et *Apostolus* : μακαριωτέρα δέ ἐστιν ἐὰν οὕτω μείνῃ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, *Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium.* Et iterum : καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. *Et consilium in hoc do.* Et iterum : χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι : *sine consilio autem tuo nihil volui facere.* *Rhetores* quoq; si consuluerimus quid γνώμη *sententiam* respondebunt scimus. Nec iure nobis obijci poterit, & decisionem iutis controuersi a iudice legitimè factam, *sententiam.* Alias differentias vt omittamus inter sententiam iudicis & consilium : hic distinguimus inter sententiam iudicis in causa controuersa coram iudice in quæstione aliqua iuris : & inter sententiam diuersorum voluntatis placitorum : Sic enim *Tacit.* definire videtur *consilium,* dum, igitur, inquit, *voluntatis inter se rationibus placitum,* vt epistolę nomine principis scriberentur. Et id quidem ex historico qui & ipse expresse : *Non,* ait, *id nunc est tempus, vt, si quid a certis hominibus peccatum est, id in disquisitionem vocare, arguere, vindicare q; expediat. Neq; enim de causa nunc aliqua, cognoscitis, vt exquisitè ius dicendum sit, sed deliberatis qua nam ratione præsens rerum status tutissimè componi possit.* Possemus & cum Tacito : *leges in facta constitui, quia futura in incerto sint.* Demonstrato itaq; & deducto *consilium* esse *sententiam,* meritò statuetur, *in omni consilio* dando, capiendo, decernendo, recurrendum esse ad *legem* & *iustitiam.* Quid enim aliud sententia, quam ictorum & naturæ principijs adstipulantibus, legum ad casum allatum, probatum, examinatum applicatio ab eo iurisdictioni qui præest ? Et hoc manifestissimè comprobat, dum, Tacitus : *Cuncta* inquit, *scrutantibus iustissimum visum est.* Haud obscure innuit *Homerus,* qui *Iouem* ad concilium conuocandum vsum asserit *Themide* eiusq; ministerio.

Dio. in frag. 14.

1. Cor. 7. v. 40.

2. Cor. 1. v. 10.

Ad Philem. v. 14.

1. Annal.

Dio. lib. 44.

3. Annal.

1. hist.

Ζεὺς δὲ Θέμιστα κέλευσε θεὰς ἀγορήνδε καλέσσαι.

20. Iliad.

Iupiter vero Themidem iussit Deos ad concionem vocare. Accedit & *ius Canonicum,* quod & ipsum consiliorum normam legem

c. magna de voto.

constituit & iustitiam. Docet enim *in consultationibus videndum, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, quid expediat secundum vtilitatem.* Facit responsum, Sextus *Pompeius Methrodoro* quod dedit consilium suggerenti quomodo non Siciliæ modo, sed mundi totius imperium posset adquirere, si nimirum anchoras præcideret nauis in qua erat *Marcus Antonius*. *Me* inquiebat, *inscio posses hoc facere, me conscio non item. Nolo enim frangere fidem & iuramentum datum Antonio secure in meam veniendi nauem.* Accedit & *Aristides*, qui *Themistoclis* repudiabat & damnabat consilium vtilissimum quantumvis iniustum tamen. Meminit & *Cicero*, legem quod Atticæ *Cyrsillum* quendam vtilia honestati præferentem lapidibus cum vniuersa familia obrui voluerint. Quo & rectè legatus *Rhodiorum* in orat. ad *Senatum* inter laudes recensebat populi Romani, quod *non tanti facerent victoriam, quanti faceret belli causas iustas.* In legem dum dicimus esse inquirendum in consultationibus, magis volumus *in rationem*. Hæc enim legis & iustitiæ anima, tota ilcorum & interpp. caterua adstipulatur. Annon enim hæc merito respicienda, & fundamentum & directrix consiliorum omnium constituenda? Omnino, *Hæc enim omnia sustentantur*. Sunt Philosophi, & hi quidem magni & nobiles, qui Deorum mente atq; ratione omnem mundum administrari & regi censeant, neq; vere id solum, sed etiam ab ijsdem vitæ hominum consuli & prouideri. Rectè. Secundus enim a Deo gradus ratio: Notum siquidem hoc verissimum *Euripidis*:

Dijs proximis ille est
Quem ratio, non ira mouet.

Nec ignotum *Philosophis & Ethnicis* sanioribus *Deum* exinde appellatum *νῦν mentem*. Hinc & factum, quod vel fortissimi omnium duces & imperatores ad viros ratione præditos consilij inueniendi causa, ceu ad asylum aliquod sese contulerint: hoc ipso fatentes verissimum, *tum* demum *inuicta regna*, inuictas ciuitates, inuictas & beatas felicesq; respublicas, *si mens manum, stilum gladium, consilium* moderetur *auxilium*. Hinc *Alexander* in consilium iunctus *Aristoteles*, *Agamemnoni Palamedes*, *Hectori Polidamenta*, *Achilli Vlysses*, *Aeneæ Achates*. Hinc & *Alexander Seuerus* imperator consilio vtebatur in legum sanctionibus

Plut. in vit. Marc. Anto.

Plut. in vit. Themistoc.

3. Offic.

Liu. lib. 45.

Cic. 1. Nat. Deor.

Lampr. in Seuer.

nibus *viginti ictorum, quinquaginta illustrium.* Conuenienter. *Consilium* enim dantium *docere* est. Sic impetum *Neronis*, multum prius laudata magnitudine animi, attenuare senatores, dissolutionem imperij docendo, si fructus, quibus respublica sustineretur, diminuerentur. Sic *Agesilaus Lacedæmoniorum rex* haud conueniens existimabat maiestati regiæ idiotas habere cõsiliarios, seruos idiotas. Quis igitur laudaret *Ephesios*, quorum cautum legibus: *ne quis ciuitatem inhabitaret doctus*: quiq; ciuitate eiecerunt *Hermodorum* quia Philosophus & doctus: quis *Vrsinos Italos* quorum statutis a reip. docti arcentur administratione? Quis econtra summis non efferret laudibus, illas respublicas, quæ & *Theologos* ad consilia trahunt & admittunt sua? Quid enim magis iuri omni, quia naturę nihil magis conueniens quam talium admissio? *Romani, Græci, Aegyptij, Galli, Persæ, Iudæi* reliquæq; nationes & gentes omnes cum sacerdotes ad consilia vocarint sua, quid *Christianis* hodie faciendum? Placet augustissimæ *Imperatoris Caroli* 5. vox: vtilissimum sibi videri Theologi docti & pij adsciscantur ad consultationes principum, vt qui magis præsumerentur velle omnia consilia directa iri in gloriam Dei, quæ consiliorum omnium finis & reip. omnis fundamentum. Placet *Grimaldus*, idem quod nos sentiens. Placet *Barthol. Philippi.* Displicet iure, ille, qui a regni ordinibus, Anglis parliamentum est Status Gallis, arcendos censet Theologos, vt quia in illorum Congregationibus maximè agatur de constituenda repub. de regni iure, de pace, bello vectigalibus, quæ merè sunt ciuilia. Nec nos fugit prouerbium illud Germani quo testantur *Consilia Theologorum reipubl. vix vnquam commoda*: Sic enim id: *Wolandsknecht sieden vnd braten: Pfaffen in weldtlichen dingen rathen: Vndweiber habens regiment: da nimt es selten ein gut end.* Scimus & Sanctorum cautum canone: *Dicatus Deo, ne se immisceat secularibus rebus*: Ast de executione loquuntur consiliorum, non de consilij scopo. *Claues* sacerdos nunquam abijciat *Petri*, *gladium* nunquam sumat *Pauli.* Admittantur itaq; & sacerdotes cum & in consilio non in hominis docti ratione adquiescendum statuamus, sed *pietatem* ipsam & *Deum*, quia rationem, adhibendum firmiter adstruamus. Nec possumus aliter. A pietate enim tantum & deo omnis recta de-

Tacit. 13. Ann.

Lotin. auendim. 74.

Pius P. in descr. Asiæ min. c. 77. Strab. l. 14.

Sansouin. d. dict. & fact. Car. 5. Imp.

Lib. 1. Optim. senator. del Conscio disc. 9. n. 6. De monarch. pontif. temp. tit. quant. prud. sit adhib. ad rer. part. conseru. n. 9

pendet ratio. Rationi namq; contrarium, vt non ſimul contrarium Deo? quia rationi conueniens num non iuris, & quidem naturæ? huic conueniens numnon ex principijs, practica quæ vocant ſcholæ? ex his autem quod, legi diuinæ congruum, & ei conueniens pietati. *A pietate* igitur *ratio, ab hac inſtitia, ab hac ſententia, ab hac conſilium.* Cum igitur non cauſa ſaltem cauſæ, verum magis in conſiderationem veniat cauſa cauſati, *pietas* præcipuè in conſilio omni habenda ratio. Cum enim verſetur conſilium circa *rem dubiam*, ſeu cum *rem dubiam* habeat obiectum; quid enim opus ſententia iudicis in re minimè controuerſa? haud certè iura tractant illa, quæ vel minutiſſima, vel quæ natura nota, vel quæ impoſſibilia, vel quæ tractara ſcandalo magis eſſent, quam commodo: Et eleganter *Epictetus*: ἔρχὲ δὲ καὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τῆς ἀναγράσεις τὴ ἔκβασιν ἔχει καὶ ὅτι ἐκ λόγου, ὅτε ἐκ τέχνης τίνος ἄλλης εἰσὶν μαὶ δίδονται πρὸς τὸ σαυιδεῖν τὸ προκείμενον: *Sic autem ad miraculum accipiendum accedito, quemadmodum Socrati placebat; videlicet de rebus, quarum tota conſideratio refertur ad euentum & in quibus nec ex ratione, nec ex arte alia ſuppetunt occaſiones, ad id quod propoſitum eſt, conſiderandum*: Pythius certe templo egreſſus cit conſulentem, an patriæ, an amico in periculo ſuccurrendum: dubium autem velit ignorantiam in dubitante: quis enim de re exploratiſſimam quam ſciret & certiſſimam, dubitaret? *ignorantia* autem ſit *pœna impietatis*: ante lapſum namq; primus parens primo adſpectu vt coniugem agnoſcebat ſuam! neceſſum in conſultatione omni recurramus ad id ante ignorantiam quod fuit, quod *ſtatus integritatis*, quod *pietas*, quod *verbum*. Verbum enim quandiu ab homine obſeruatum, tamdiu & pietas: hæc quamdiu, tamdiu & conſilium. Impietate igitur poſita, neceſſum ſimul ponatur ignorantia, ponatur ſtultitia, tollatur ſcientia, tollatur conſilium. Tam enim arcte copulata ipſa ſtultitia cum impietate, vt & ſcriptura vix vllum inter hæc cognoſcat diſcrimen. *Impietatem* namq; *ſtultitiam* appellat. Abeatur ad ſcripturam. Nec hoc latuit *Ethnicum*, qui *ſtultitiam ſororem eſſe malitiæ ait*. Ex præmiſſis rectè concludemus: neq; dandum impijs, neq; petendum ab impijs conſilium. Illud quia vult ſcriptura: *Ne ſacrum proijciatur porcis aut canibus*. *Rem* autem *ſacram*

Bell. paren. ad Venet.

Aerod. in præf. Decret.

Enchir. c. 39.

Euripi.

conſ-

consilium nemo ambiget. Hoc vt enim fructus bonus ex arbore mala? vt sapientia ex stultitia? Optimè itaq; & iure reiecerunt consilium quamtumvis reipubl. commodum & vltissimum, ob *Demosthenem* auctorem & datorem prodigum & vitiosum *Lacedamonij*. Et sanè impius vt *consilium* ministrare alicui poterit? cum *vnum*? At quam procul ab vnitate impius? Appositè historicus: *In turbas & discordias pessimo cuiq; plurima vis; pax & quies bonis artibus indigent.* Quid quod & verissimum illud *Ciuilis*: *Deos adesse fortioribus.* Impietate autem & stultitia quid infirmius? quia pietate & sapientia Deo vè quid fortius? Cum quoq; *consiliũ* omne *felicitatem* habeat finem & *scopum*, quod indubitatum, experientia maximè adseuerante: pietatem *verbumq;* vnice adorandum, obseruandum, *normamq;* constituendum *consilij vnicam*, nemo, existimamus, negabit. Vt enim cœtera adijciantur nobis, primo regnum quærendum Dei est & iustitia eius. Hoc enim si antecesserit, infelicem consilij & rei gerendę futurum euentum, ipsi negant vel *Ethnici*. Cur enim *Diomedes Sthenélusq;* sibi certissimam promittunt victoriam? σὺν γὰρ θεῷ εἰληλούθμεν: *Deo enim duce venimus.* Cur fossę euersionem factam ait *Homerus* θεῶν δ' ἄεκητι τέτυκτο Ἀθανάτων τῷ καὶ ὅτι πολὺν χρόνον ἔμπεδον ἦεν.

Plutarq. in polit.
Gell. lib. 18. c. 1.
Tacit. 4. hist.
d. lib. 4.
Hom. 9. Iliad.
12. Iliad.

Dijs autem inuitis extructus erat
Immortalibus. quocirca etiam non ad multum tempus firmus stetit.

Demonstrato itaq; consilium esse sententiam, oportet exinde concludamus, *liberum* debere esse omne *consilium*. quia nullum hoc nisi consensu. Hic & per *placet* Romanis firmabatur & inquirebatur & dabatur consilium. *Placebat*, est apud *Tacitum*, *& Laconem simul mitti.* Et: *placitum pugnari* apud eundem. Et: *per Gallias edixere* (Germani) *vt missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret. Placuit consul antibus tentari animum cohortis.* Vult itaq; & hoc *placet*, consilium dantem, si contradixerit consil um inquirenti, ferendum. Ex sententiarum namq; certamine tandem procreatur consilium. Notat phrasis in consiliorum fabricatione vsitatissima. *Certatum sententijs.* Adest *Xerxis* exemplum. Adest *Italorum* tritum & verum, quod *ex Hispanico* huc transferimus cum *Barth. Philippi*: *Estos*,

1. hist.
2. hist.
4. hist.
1. hist.
Herod. lib. 7.
Del Conscio disc. n. 6.

qui caminan siempre entre lodi y Placentia, nunca vana Verua.

Hinc & *Apelles* regem præsentauit *Ptolomeo* in throno sedentem, *magnas* habentem *manus* & *magnas aures*. Decorem tamen obseruandum in contradicendo optimè monet *Diomedes* dum sic *ad Agamemnonem*:

Id. disc. 9, n. 2.

9. *Iliad.*

Ἀτρεΐδη, σοὶ πρώτῳ μαχήσομαι ἀφραδέοντι
ἠΰ δέμισεσι ἀναξάγορε

Atride, tibi primum aduersabor insipienti
Quatenus fas est, o rex, in concione.

σὺ δέ μὴ τι χολωθῇς: *tu vero ne irascaris.*

Quo & rectè *Callisthenem* admonuit *Aristoteles*, vt cum *Alexandro Magno* aut quam rarissimè loqueretur, quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.

Val. Max. lib. 7.

Pluribus hic possemus positionem hanc nostram firmare, sed quia de hoc fusius loquatur & agat noster, quem Deo volente breui descripturi sumus *Consiliarius mendax*, hic iam quiescimus, asserentes, *liberum* debere esse *consilium* omne id est, omni *affectu vacuum*. Affectus enim cui accedit diuisum id est & infirmum, & ita consilij nomine indignum. Faciunt quæ supra de diuisionis effectu ex scriptura & historia attulimus. Et commodè & ad rem *Tacitus*, *Veritas plurib. modis infracta, inscitiaripub. libidine assentandi, aduersus dominantes odio*. Affectus cui accedit sine iudicio est. *Paucis*, inquit idem, *iudicium aut reipubl. amor: multi occulta spe, prout quisq; amicus vel cliens horum vel illum ambitionis rumoribus destinabant*. Affectus cui accedit, *sine ratione* est, quia huius vincere est, haud vinci, agere, non pati.

1. *hist.*

d. *lib.* 1.

d. *lib.* 1.

Sit ante oculos Nero, verba sunt *Galbæ* apud *Tacitum*, *quem longa Cæsarum serie tumentem non Vindex cum inermi prouincia, aut ego cum vna legione sed sua immanitas, sua luxuria cernicibus publicis depulere*. Et vt natura aliter esse poterit? Natura siquidem constitutum & immotè ordinatum: *Impossibile iungantur natura inuicem pugnantia*. Et ex hoc fundamento sapienter *Germanorum* legatus: *Haud facile libertas & domini miscentur*. Locumq; aptè sibi vendicabit hic illud eiusdem qui: *Discordes*, inquit, *& rebus minoribus sibi quisq; tendentes, circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur*. Rectè. *Irrumpit adulatio, blanditiæ, pessimum veri affectus venenum: Suadet ratio, Fabius Valens* auidius properabat quam consultius, & malè quia

Tacit. 4. hist.

1. *hist.*

d. *lib.* 1.

2. *hist.*

quia benè: non statim signum pugnæ datum *a Suetonio Paulino*, qui contator natura, & cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu placerent. Secus *Titianus* & *Proculus*, qui imperitia properantes, deterioris consilij extitere auctores. *d. lib. 2. Tacit. 3. hist.*

Benè. Quia *omnia inconsulti impetus cœpta, initijs valida, spatio languescunt.* *Integer* igitur requiritur sit *animus* dantis consilium: vt est apud *Tacitum* in orat. *Drusi*: *Integris animis dijudicandum an scelere extinxisset.* Remouendi igitur affectus: *Pauidis enim consilia in incerto sunt.* Et quo minus recta feratur sententia, obstat odium, ira, naturalis amor *est apud Q. Curtium.* Et hæc causa fuit & ἀφορμὴ legis: *Nemo in propria causa pro se testis, nemo iudex.* omnesq; homines P.C. *ait Cæsar in orat. ad Senatum*, qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira atq; misericordia vacuos esse decet. Hac ex causa *Fridericus Imperator* precabatur Deum, consiliarij sui ante januam consultationis cameræ relinquerent simulationem & dissimulationem. Quod idem optasse semper *Carolum 5. Imperatorem* testis *Sansouinus.* Hauserant sapientes hi principes hæc *ex Platone* idem præscribente. Legerant morem *Athenienſium*, apud quos, antequam iungerentur ad iudicandum & consultandum *Areopagitæ*, præconis alta voce appellabantur: *iudicarent sine respectu, passione, affectu.* Et persuasum habeo *Germanos, Persasq; sedentes* consilia habuisse sua: vnde & *a considendo consilium* dictum existimat, quasi *considium* Grammaticus: demonstrarent, sedatos esse debere consilium capientium animos, & omni motu liberos. Quo & respicit illud de *Romanis*: *Sedendo vicere*: cum consilio eos viciſſe ex supra relatis manifestum. Tanti igitur cum interſit abesse omnem affectum consilio: natura autem affectus homo semetipsum quo complectitur omnium sit vehementissimus, quod extra omnem positum dubitationem: suaderem, *consilia* omnia *finem* haberent non vtilitatem & commodum nostrum immediatè, sed *gloria Dei* mediante. Sine enim hac media vix affectu carere & ita vix bona poterunt esse consilia. Et sapienter sapientes rem tractandam permittunt suam alijs, eius quamtumvis ipsi optimam expediendæ rationem. Nec vel medicorum peritissimus se melius curat, quam ab alio curatur. Et facilius est alterum iuvare, quam se ipsum. Occasione iam dictorum com-

3. Annal.

Pap. Pius lib. 3. dict. & fact. Alph. reg.

Salust.

De dict. & fact. Car. 5.

Dial. 1. de LL.

Quint. lib. 6. c. 1

Guarin. Veron. de art punct.

Bart. Philipp. disc 1. n. 8. del Conseio.

modè quæritur: *An vnum expediat esse caput consilij?* Et affirmatiue respondendum ipsa vult scriptura, natura, consuetudo. Cum enim superius probauerimus *consilium* esse *sententiam*, & ob sententiam *ius* constituerimus *normam consiliorum*: hoc autem *vnum* velit rerum moderatorem, & *arbitrum* vnum constituat, a quo ceu fonte, iurisdictio, & ciuilis politicaue in omnes subiectos profluat vita: *animam* enim *regni* rectè cum *Aquinate* statuimus *regem*: vnum & necessum constituamus consilij caput. *Vna* namq; in affectus hominis regnet *ratio* oportet: eadem vna moderetur mundo. Quis igitur caput illud consilij? Is solus, legis condendæ a Deo qui sibi demandatam habet auctoritatem. Et hoc in veteri testamento legimus feciſſe *Mosen, Samuelem, Saulem, Danidem, Salomonem.* Idem reliquos gentium habuisse priuilegium, probat, qui regem a Deo sibi petit populus. Cui conuenienter: *diremit consiliorum diuersitatem, approbata Tutoris sententia Classicus.* Quo & *aurea bulla Caroli* 4. in votorum æqualitate arbitrum voluit *Boëmiæ Regem.* Vnus itaq; qui decidat. Hoc & motus *Theseus* consilia *Atticorum* tollens, *vnum* constituit *consilium.* Hoc motus, recusat prælium inire cum hoste *Iphicrates*, cum nimirum videret, non vnum, sed plures imperare, paucos, aut nullum obedire. Ad *quid* igitur *suffragia* aut *vota?* quorum maior pars concludat? Modus consistendi & constituendi frequentissimus, eò vsq; vt iuris fere habeatur naturæ & ita diuini, & sic repugnans nostræ iam relatæ sententiæ. Et certé votorum & suffragiorum suam esse in consilijs vtilitatem, haud negabimus: *plus* siquidem *oculi quam oculus: Et fama est iunctas fortius ire preces* canit *Poëta* rectè. Videamur tamen interim oportet, modum illum suo non carere periculo aut incommodo. Præterquam enim, hic modus optimus sit & conuenientissimus, *Cæsar, Antonius & Pompeius* faciant *triumviratum*, & ignauiam multorum operiat & stultitiam: Voto enim vnius audito eidem voto & per placet accedunt ignaui, *Constat, Phœnices adeptos gloriam, tanquam reperirint, quæ acceperant: rogatusq;* legimus, *Scipio sententiam cum idem*, inquit, *de admissis Poppeæ sentiam quod omnes, putasne me idem dicere quod omnes.* Testis & *Liuius* qui *sæpe* ait *in consultationibus multorum, maior pars vincit meliorem.* Nec mirum.

Tac. 4. hist.

Thuc. lib. 2. Polien. de Stratagem.

Tacit. 11. Annal. d. lib. 11.

Dec. 3. lib. 1.

Cum

Cum enim rariores sapientes: *rari quippe boni*: malorum autem & insipientium seges largissima; horum numerus illum quin antecedat, in aperto. Constabit itaq; *consultius vnum caput* esse *consilij*; omninò necessarium sit vnum: haud inconsultum *consilia scriptis* fiant: suffragia sparsim audiantur & sine ordine: a capite consilij approbentur, ratificentur consilia. Suffragiorum autem vis quanta, sapiens ille explicat Nestor dum in oratione ad Agamemnonem. Hom. 9. Iliad.

Ἀτρείδη, κύδιστε ἀνάξ ἀνδρῶν ἀγαμέμνον.
Ἐν σοὶ μὲν λήξω, τερὶ δ' ἄρξομαι οὐδὲ ἐκατόλλων
Λαῶν ἐσσὶ ἄναξ, καὶ τοι Ζεὺς ἐγγυάλιξε
Σκῆπτρον τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βουλεύῃσθα
Τῷ σε χρὴ περὶ μὲν φάσθαί ἔπος, ἠδ' ἐπακοῦσαι
Κρηῶναι δὲ καὶ ἄλλῳ ὅτῳ τίνα θυμὸς ἀνώγῃ
Εἰπεῖν εἰς ἀγαθὸν. τερὶ δ' ἔξεται ὅ τλίκεν ἄρχῃ
Αὐτὰρ ἐγὼν ἐρέω ὥς μοι δοκεῖ εἶτ' ἄρισα.

Atride illustrissime rex virorum Agamemnon
In te quidem finiam, a te autem incipiam quia multorum
Populorum es rex, & tibi Iupiter dedit
Sceptrumq; & iura vt ipsis consulas.
Ideo te oportet supra omnes dicere sententiam & audire,
Perficere etiam alterius sermonem, quum aliquem animus iusserit
Dicere in bonum. a te autem pendebit quacunq; sententia vincet
At ego dicam vt mihi videtur esse optimum.

Nec tamen ex hac sententia alicui quid præreptum volumus libertatis naturalis. *Virtutis* enim *signum superioribus parere*, inferiores audire. Patet *ex Tacito*: *Chauci, populus inter Germanos nobilissimus, præcipuum virtutis ac virium argumentum est, quod vt superiores agant, non per iniurias assequuntur.* Verissimum. Hoc enim nihil magis conseruatiuum naturæ, cum iuris sit & legis naturæ. Vere enim Halicarn. *Vniuersali ac sempiterna lege natura fatetur cautum & receptum, vt inferiores præstantioribus pareant*, vt refert *Waremund. de Erenberg.* Et hunc morem sequutus *Quadratus*, proditum *Mithridatum* cognoscens, & regnum ab interfectoribus obtineri, *vocat consilium, docet acta, & an vlcisceretur*, de morib. Germ. In proœm. Verisim. c. 13. n. c. Tac. 12. Ann.

retur, consultat. Valebit itaq; hic illud, republ. in Romana loco quod habuit: *Cognoscant patres, constituat princeps: proponant patres, eligat princeps*: vel, si mauis *certent sententijs patres, sententiam ferat princeps, proponant patres, eligat princeps.* Eligere autem vt poterit, sententiam vt ferre, diuersitas opinionum si nulla, contrarietas sententiarum si nulla, inquit *ad Xerxem Artabanus* apud *Herodotum*. Et aurea *Galbæ* vox: *fidem, libertatem,* lib. 7. *amicitiam, præcipua humani animi bona, tu quidem eadem constantia retinebis, sed alij per obsequium imminuent. Etiam ego et* Tacit. 1. hist. *tu simplciissime inter nos loquimur: cæteri lubentius cum fortuna nostra, quam nobiscum.* Libera debere esse consilia postquam probatum, & ab omni affectu & animi perturbatione vacua; haud incommode hic incidit quæstio, *muliebre quale consilium.* Pro nullo habendum quanquam sint ex superioribus quæ suadeant: obstet, nullum nisi lege diuina fundatum admittendum consilium: lege autem dicta præceptum: *taceat mulier in Ecclesia*: nullum nisi iure firmatum obseruandum consilium, eiusq; tantum iurisdictioni qui præest agnoscendum: iure autem illo constitutum: *mulieres ab omni officio publico & ciuili remotæ;* 2. ff. R. i. cumq; nihil agat, nisi ratione receptiuitatis in recipiente *ex Scholasticorum* sententia: mulier autem affectibus & animi perturbationibus extreme obnoxia; non imbecillem tantum asserit *Seuerus Cæcinna* & imparem laborum sexum (muliebrem) sed, silicentia adsit sæuum, ambitiosum, potestatis auidum: celeri momento cum *Teuta* fœminei generis imbecillitate præ iudicij tenuitate in iram prolabantem, nec minori celeritate præ formidine sibi metuentem: *affirmatiue* tamen concludendum verius. *Pia* enim *& Ester: casta Lucretia, deum verens Iudith, iusta Debora. Consilio* quoq; existente *dono Spiritus Sancti*, apud *Esaiam Prophetam*, nisi a donis illis Spiritus mulierem, non poterimus Tacit. mor. Germ excludere & a consilio omni in totum. Et de mulieribus, *Germanis* maximè, proditum memorię, quasdam acies inclinatas iam & labantes ab ijsdem restitutas. Hinc Germani rectè sexui muliebri inesse *sanctum aliquid & prouidum* putant. Vnde nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. Et vidi- d. loco. mus, addit idem, sub Diuo Vespasiano *Velledam* diu apud plerosq; *numinis loco* habitam. Sed & olim *Aurinniam* & complures

plures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerent deas.

Extra oleas haud vagabimur, circa libertatem consilij: *Quãdo & vbi consultandum* inquisiuerimus. Et sanè difficilis labor in specie præscribere quid statuendum faciendumve. Vt enim impossibile omnia legum septis contineantur comprehendanturvè, cum quotidie emergant casus dubij decisionem nouam & legem exoptantes: ita & impossibile hoc. Cum enim singulis momentis res nouæ exoriantur, *singulis momentis consultandum*. Cum quoq; natura omnia in deterius, quia natura omnia properant & vergunt ad sua principia: *quotidie*, aiunt medici, referente Bartol. Philip. *aggregatur aliquid in nobis, curatione quod indiget:* curatio autem non fiat hæc, nisi consilio, vt passim notatum, sequetur *consultandum semper*: quia & semper iustè viuendum, cum iusticia constans sit & perpetua voluntas, & quia *semper piè*, cum ne minimus quidem peccandi locus: Vel quid si *nunquam* diceremus *consultandum*? Si enim naturæ lex & fati, vt omnia ad nihilum reducantur & redeant & quidem immotè; immota enim natura, inexorabile fatum: impium contra naturam, impium contra immotum Dei consilio pugnare decretum. Nec enim felicitatem tantum tale quid audens, amittet suam, sed inueniet pœnam. Quid si *aliquando*? Cum enim pro qualitate rerum qualificanda & consilia, vt mox apparebit, non nisi tum, res cum emerserint consilio digna consultandum. Tritum huc facit & vulgare: *Sapientis est mutare consilium*: quia, *in campo consilium*: *ex arena consilium* phrases sum notę: *consilium resq; longq; dabunt* est Nasonis. Et *Cœlius Rodigin. Consilia rebus adaptantur, imò voluuntur. ideo consilium nasci sub die debet, sed hoc quoq; tardum est nimis, sub manu quoq; quod aiunt consilium nascatur.* At cur præcipitur in consilio capiendo esse debere *moram*? cur, quod præcipitata consilia vix consilia? *Consilia* enim *bona mora inualescunt*, scelera impetu, est *Taciti*. Sed *necessitatis casu* contradictionem apparentem facilè conciliaturus, maximè cum & *Agamemnon* hoc ipsum vrgeat rex dum:

Del Conscio. disc. 13. n. 13.

§. 1. iust. i. & i.

De Trist. lib. 6. c. 11. antiq. lect.

1. hist.

Νυὺ δ' εἰή ὅς τῆς δὲ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσσοι
Ἥ νέος, ἠ παλαιὸς· ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη.

14. Iliad.

Nunc vtinam sit qui melius isto consilium dicat.

Liu. lib. 4. *Vel iuuenis vel senex. mihi enim lubenti fuerit.* Et benè *Hala: Belli necessitates non expectant diutius humanum* ... *ac proinde primo quoq; tempore illis est prospiciendum. Nec* ... autem cum in modo magis sit exsequendi seu *in facto ipso*, ... autem *in iure*, seu scopo consilij : sic enim liceat nobis ... consilium: cumq; *necessitas ex causa* oriatur *externa*, seu ex ... occurrente extra nos, quod manifestissimum : sequetur *tunc* ... mum *consilium ex arena* & sine mora. cum *aliud* sit *in ipso* ...

3. hist. Tacit. vtpote *prudentiæ* speciem obtinente : *præcipuum*, ait historic ... *est ostentum ipse Vitellius, ignarus militiæ, improuidus* ...

Plat. 1. de LI. & ita semper exercendo. Patet ex hoc vulgari: *pacis tempore* ... *tandum bellum*, cum bellum, pax vt habeatur, gerendum. ... illa *Salustij*: *priusquam incipias consulto; vbi consulueris* ... *facto opus est.* Quid, quod & *consilium* ipsum *in scopo*, qui vt ... rimum *in An faciendum* consistit, sui natura velit moram ... cutio eiusdem, quæ vt plurimum *in Quomodo, Quando, Vbi* ... *quem* &c. faciendum: non item, *Difficilius* siquidem *dare* ... *lium, quam exsequi.* Et quidni? Hoc enim ministeriale vel ... le, herile illud : hoc militis: imperatoris illud. Hinc & iure ... *memnon* plus tribuit consilijs *Nestoris & Vlyssis*, quam ... & armis *Aiacis & Achillis*. Et *Cicero* benè *Atheniensibus* ...

1. Offic. minus profuisse consilia *Solonis*, quam victorias *Themistocl* ... uēdum igitur, ne executioni mora addatur consilij scopo ... debita. Infelicitatem enim ordini huic præpostero comitem ...

Tacit. 3. histor. plo est *Fabius Valens. Hic* enim *multo ac molli concubina* ... *donumq; agmine, segnius quam ad bellum contra Cæcinnam* ... *cedens, proditam a Lucilio Basco Rauennatem classem, per* ... *nuntijs accepit. Et sic cœptum iter properasset nutantem Cæ* ... *prauenire, aut ante discrimen pugnæ assequi legiones potuisset* ... *deerant, qui monerēt, vt cum fidissimis per occultos tramites* ... *ta Rauenna, Hostiliam Cremonamve pergeret. Aliis placebat* ... *tis ex vrbe prætorijs cohortibus Valida manu perrumpere.* ... *inutili contacione agendi tempora consultando consumsit.* ... *trumq; consilium aspernatus, quod inter ancipitia deterrimum* ... *dum media sequitur, nec ausus est satis, nec prouidit. Vbi* ... *consultandum? Romanorum* hoc ipsum monstrant *Consulta* ... enim consilium inquirentes per gradus descendebant ali...

aram subterraneam propè circum maximum, *Conso, Deo, arcanarum consultationum duci* sacratam: &, vt ceu hieroglyphico aliquo docerent *secretum* esse debere omne *consilium*: Sic enim *Halicarnassæus*, dum: *Consi*, ait, *ara abdita, in circo maximo terra aggestu, vt arcanum consilium debere esse significarēt*: &, vt ostenderent, sine omni perturbatione & respectu alicuius, solummodo conforme ad voluntatem & arbitrium Dei. Quod & rectè obseruauit. *Bartol. Philip.* dum asserit, hoc ipsum factum a Romanis, *consulentes* vt admouerentur, *se iudicio & arbitrio eorum quos consulunt, submitterent*. Cum autem *Romani*, multa, ingenium & studia & reimpubl. concernentia mutuati sint a *Græcis*, vel *Cicerone* passim *teste*, haud errauerrimus, si & in hoc secutos eos dixerimus *Græcos, Lacedæmonios*, apud quos *Lycurgi lege* cautum: *ne consilium haberetur in loco magnifice apparato*: fortè ne cogitationes distraherentur obiectu magnificentiæ, nevè a recti tramite incitamento auri & diuitiarum abstraherentur. Quo & factum *de nocte* gentes quædam consilia sua habuerint. Benè. Non enim mouent obiecta sensus aut turbant, nocte & quiete sepulta. Hinc & *Græcis* εὐφροσύνη *nox*. Et principis est insomnes noctes consultando absumere *apud Homerum*. Haud igitur reprehendendi *Germani*, qui & *de nocte*, dum *in conuiuijs* quia nocte vt plurimum, qui *armati*, de rebus consultabant maximis. *De nocte*, ratione iam relata. *Armati*, vt libertatis meminissent & virtutis. Quo faciunt quæ *Ciuilis legatus ad Agrippinenses*: *Vobis*, ait, *gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem, flumine ac terras & cœlum quodammodo ipsum clauserant Romani, vt colloquia congressusq; nostros arcerent. vel quod contumeliosius est viris ad arma natis, inermes ac prope nudi sub custode & pretio coiremus. Sed vt amicitia societatesq; nostra in æternum rata sint, postulamus a vobis, muros coloniæ, munimenta seruitij detrabatis: etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliuiscuntur. In conuiuijs*, inimicitiæ inter ipsos tollantur: pestis deterrima: inter liberos maximè *periculosiores* quia sunt *inimicitiæ iuxta libertatem*, ait grauissimus scriptor. Sapienter: Quia ante, vt securè standum, quam vt hostis lædendus cogitandum. Et præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familia & propinqui-

Halic. lib. 2.

d. lib. 2.

Disc. 11, n. 1.

Plut. in vit. Lycurg.

Plutarch. de Curiositat.

Iliad 2.

Tacit. mor. Germ.

Tac. mor. Germ.

tates. *In conuiuijs igitur, tanquam nullo magis tempore aut simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalesc Ergo detecta & nuda omnium mens postera die retractatur, salua vtriusq; temporis ratio est. Deliberant dum fingere nesci constituunt dum errare non possunt.* Et sanè vinculo amicitiæ contractæ *inter Germanos* vix vllum sanctius. *Conuictibus & hospitijs non alia gens effusius indulget. Quemcumq; mortalium arcere tecto nefas habetur.* Nefas igitur quod maius inter illos, qu in periculo & discrimine reliquisse illum conuiuij & conuic quem habuisti participem? Retractio consiliorem inter Germanos facit arripiamus occasionem quærendi: *Consilia an sint mutabilia?* Et quod non, patet, quia sententia, quia fundatũ in ratione, in pietate. Cumq; natura notum in demum esse *optimum* firmissimum, *quod* naturam & *Deum* proximè *accedit*, sequ ea demum digna nomine consilij quæ immutabilia. Consilia nim Dei eius naturæ. Cum & adhibeatur *consilium ne res cad contra voluntatem* nostram, & finem habeat salutem consul tium consultantiumve, necessum consilij natura immota. Qu sit mutabile patet, quia ad rem accommodandum: quia prud tiæ, supra vt dictum. Grauis pugna & irreconciliabilis ferè. Te tabimus tamen, *distinctione* contradictionem tollamus: *consilium iuris, & consilium facti. Iuris illud dicimus cum quæstionem sapiat iuris: facti hoc, cum circa modum versetur ex sequendi id quæstione iuris decisum: illud scopum propriè respicit facti: hoc modum & viam perueniendi ad scopum. Prius* illud *mutabile, mutabile* dicimus *hoc.* Huius ratio intelligi poterit ratione & natura illius. Cum autem *in* omni *consilio iuris inquirendum* & statuendum *Scopus* de quo consultatur *num iustus, pius?* hæc autem sui natura talia quæ mutationem haud admi tunt, cum iustum semper iustum, pium, semper pium: natura, scriptura, iure, adstipulantibus: firmum futurum id iam a nobis quo positum. Sequitur in definitione *rei. Consilium est sententia felicitèr gerendæ.* Rem hic *non physicam*, sed intellectum volum omne *negotium in actionem* hominis *incidens.* Græcis ἔργα & πράγματα. Et quidem *rem dubiam.* Sic enim *Cicero* ἀπόρ obiectum fatetur consilij: sic *Iohan. Genuensis.* Sic *Plinius* *Traianum*: dum: *rogo*, inquit, *domine consilio me regas hæsitantem.*

n.14.

Epict. Enchir. c. 1. & c. 36.

Catholic. verb.

Rect

Rectè. Iam enim supra demonstratum, in re certa nullo opus omninò consilio. *Dubium* autem maximè & fere semper *in executione* est, eamq, comitatur. Et quidem variè. Iuvat exigua paucaue retulisse exempla. *Iuris quæstione* seu *consilij scopo* in adoptione alicuius legitimè deciso, in executionem dubiũ incidit *quis potisr*? Sic *Galba ad Pisonem*: *Est tibi frater pari nobilitate, natu maior, dignus hac fortuna nisi tu potior esses.* Dubitatio *de loco* exsequendi scopum consilio iam facto. *Consultatum inde, pro rostris an in Senatu an in castris adoptio nuncuparetur:* de *præsentia personæ. Postquam pugnari placitum, interesse pugnæ imperatorem an separari melius foret, dubitauere.* *de qualiter* seu *per quos. Ambiguus consilij Mananus, num omissa Moësia Dyrrachium pedite atq; equite peteret, simul longis nauibus versum in Italiam mare clauderet.* *de tempore* simul *& modo. agitauere, placeretne obstrui Pannoniæ Alpes, donec a tergo vires vniuersæ consurgerent, an ire cominus & certare pro Italia constantius feret. Ciuilis & Classicus* rebus secundis sublati an Coloniam Agripinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitauere. Consultabat, vtrum *Romam* cum CIↃCIC CIↃ veteranorum proficisceretur, an *Capuam* teneret & *Antonium* venientem excluderet, an iret ad tres legiones *Macedonicas*, quæ iter secundum mare superum faciunt. Tuum consilium exquiro, *Romamne* venio, an hic maneo an *Arpinum*. *Tiridates rem Seleucensem* populo permittit, mox consultans, quoniam die regni solennia capesseret. Mittimus exempla alia, huc facientia. jnfinita siquidem. omnia autem firmantia id supra quod diximus, nempe, *duas consilij esse partes, scopum* nempe *ipsum*, quem *in iuris* maximè *quæstione* quasi versari diximus: & *modum ipsum* seu viam perueniendi ad scopum, quem *quæstionem* repræsentare quodammodo *facti* insinuauimus: illa *sententiam* quam proximè accedit, hæc *executionem* sententiæ: Item, *immotam illam, mutabilem hanc*, cum ex arena hęc dependeat & re contraria. manifestum siquidem; vires agentis ex natura considerandas patientis. Et nota vox illius *ad Darium: Ex illa terra quæ illos* (Alexandri milites) *genuit, auxilia quærenda sunt. Priorem*, liceat nobis dicere, esse prudentiæ: *fortitudinis posteriorem*, executionem nimirum. Hæc igitur non semper agit, sed re tantum & necessitate efflagitante. In pericu-

3. hist. Tacit.
Tacit. 3. histor.
Plat. 1. de LI.

1. Offic.
Liu. lib. 4.

riculorum namq; depulsione opus fortitudine *Philosophorum* asserunt scholæ. Hinc & illa, mora vt conualescit, sic hæc mora perditur & amittitur & vincitur. Manifestum hoc ex fortitudinis natura, & exemplis quæ superius posita. Ommittenda hic non sunt elegantissima *Caroli* 5. *imperatoris* verba, huc egregie facientia, & vtriusq; partis vim eleganter significantia: *Res principum in duobus consistunt. Consilio & executione: illud opus habet bono iudicio: hæc multa & bona fide. illud moram animam, hæc habet festinationem. in duobus hisce iunctis principis prudentia consistit quinta essentia. quorum illud perspicax requirit iudicium, hæc occasionem proportionatam & multam fidem.* Ex iam dictis liquet exquirenda *petendaue consilia*, in executione maximè, *ab hominibus rei naturam* de qua consulitur, cognitam & *perspectam habentibus.* De talibus enim veriſſimum tritum illud & notum: *Sapè etiam olitor non est importuna locutus.* Obseruandum quoq; ob differentem naturam scopi & executionis *diuersarum personarum vsum in consilio necessarium.* imprimis, cum duo illa requisita in vna eademq; persona vix vel rarò admodum inueniantur. Causam defectus huius nescio, si dixerimus vitium esse hominum, donis diuinis abutentium. Cum enim ingenio qui valent, eo freti despiciant plerumq; prudentię quæ sunt: ingenio enim magno aduersari videtur ex re discere quid præsente vel præterita: quo & fit vt ingenij laudem praxi frequenti imminutam iri persuasum sibi habeant: haud facile in vno conueniunt homine: & iterum, cum prudentiæ quæ sunt industria magis & experientia adquirantur quam ingenio mundo teste, fit in vno rariſſimè quod inueniantur. Adsint exempla. *Franciscus primus Galliarum Rex*, in consultationibus, bellum maximè concernentibus omnes iudicio antejuit consiliarios suos: at in executione omnes sequebatur. *Picinino dux* in consilijs infirmissimi fuit iudicij dandis, in exsequendis acerrimi & promptissimi. *Clemens 7. pontifex* in consilijs dandis anteceſſit omnes consiliarios, in exsequendis omnibus ceſſit. Hinc & singulari dono Dei scriptura testatur assecutum *Dauidem in dictis & consilijs prudentiam: fortitudinem in factis.* Exemplo igitur Dauidis in consilijs semper pro oculis pietas, semper Deus. *Ob salutem* enim & felicitatem vel conseruandam, vel recuperandam ineuntur *consilia. Est enim*

Sanſou. de dict. & fact. Car. 5.

Gartin. problem. 99.

Idem d. loco.

Bart. Phil. del Conſeio. disc. 1. n. 6

2. Reg 16.

consilium sententia rei feliciter gerendæ. Haud opus pluribus hoc deducamus; notorio maximè pro nobis omnium assensu & consensu faciente. *Hebræa* sanè hoc euincit manifestissimè vocabuli significatio, quę *fundari & consilium capere* vno eodemq; deriuat initio יסד *fundari, consiliari, consultare, quod ita se habet consilium ad opus, vt fundamentum ad ædificium:* vsq; adeò vt ipsi quoq; impij in consultationibus suis nihil aliud quam felicitatē finem antè oculos sibi habeant & habuerint semper positam. Manifestè siquidem & testātur: *consilio* ad res humanas conseruādas *nihil fortius.* Vnde & rectè ab isdem appellata *consilia fortia, bello patrantia:* quæ Flauianis sępè prospera prælia concessere: quia pleraq; in summa fortuna auspicijs & cōsilijs quam telis & armis geri indubitatum. Sine consilijs certe: nihil rerum mortalium tā instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ suæ vi nixę. At quid quod consilia multorū quantumvis optima sæpissimè vincantur? Quid quod vulgi & ita Dei quasi voce receptissimum? *Optime cōsulta sæpe pessime cadunt?* Hic Ethnicorum sapientissimi hæsitauere, & partim *fortunam*, partim *vim fatorum* prædictorū consiliorum infelicem exitum vt excusarent, attulere excusationem. Male omnes, si intelligātur vt volunt & vt loquuntur: optimè si eorum verba nobiscum ad rem & veritatem, quæ in illis ipsis latet verbis, referantur. Quod futurum aperti ssimum mox. Apparet & ex eo quod iam posuimus vocabulo *feliciter.* Hoc subiectū suum in quod, habet *rem. Rei* enim *est* feliciter gerendæ. Ostendit itaq; qualitatem rei seu subiecti sui debere esse talē, quę felicitatis seu qualitatis vocabuli sit capax. Rectè. Quia impossibile qualitas inueniatur in subiecto natura qualitati repugnante, philosophorum ex sententia. Res igitur talis, quæ & benè potest, & potest cadere malè: seu quę ad bonum & malum est indifferens. Item: cum in actione seu per actionem hominis qualitas illa in rem infundatur: quia gerendæ rei: res ne cessum sit talis quæ in agētis esse vel esse potest potestate. Et illius, & manifesta ratio huius. Illius. Quę enim res sui natura talis quę non potest nō malè cadere, illi frustra consilium adhibebitur. Quia enim *consilium donum est Spiritus Sancti*, rei impiæ adhibitum felicitatem qualitatem & comitem habere vt poterit? Tam procul absumus hoc adstruamus, vt planè negemus viro impio dandum cōsilium. Ex illius dependet & huius.

Exod. 9. 18.

Psalm. 2. 2.

Tacit. 13. *Ann.*

Tacit. 3. *hist.*

d. lib. 13.

Plut. virt. mor.

ius. Quia enim illa tantum, quæ legi naturæ & diuinæ *conuenientia, in potestate* sunt nostra: cum iure manifestum: *impossibilia natura & iure in nostra potestate non esse:* quia illa tantum possumus iure quæ possumus: statuamus oportet, *rei, iuri,* diuino & naturæ *contrariæ frustra adhiberi consilium.* Vnde & rectè & conuenienter *Iodoc Clitoueus,* consultationem definit non posse fieri de rebus impossibilibus. Igitur cur *Pompeio* male cesserit contra *Cæsarem* pugna Deum Ethnici vt rectè constituunt causam, sic male eundem accusant dum contra consilium Pompeij hoc ipsum factum conqueruntur, & id quidem consilium bonum. Sic enim iudicasse *Catonem,* testis *Poëta,* dum canit: *Victrix causa Deo placuit, sed victa Catoni.* Consilium enim si fuisset, inuictum certè fuisset, nec auctori nociuum. Ipsi hoc fatentur *Ethnici,* dum, *Deo duce susceptum,* quale omnia diximus consilij nomine digna, asserunt *felicissimum.* Patet ex ijs quę supra ex *Homero.* Et quadrat vulgare: *Tandem bona causa triumphat.* Et hęc quidē adeo, vt Deum ipsum quid contra consilium posse negent, quia *consilij corruptionem ante punitionē* adstruunt. Sic enim *Paterculus: Quorum Deus statuit euertere fortunam, eorum corrumpit consilia.* Et *Homerus* testis qui *Deum consiliorum euersorem* statuit. Ille enim *Troianis Hectori consilium danti* adstipulantibus asserit *Mineruam,* abstulisse prudentiam. Verba sunt

In tr. epith. moral. Iac. Fabr. in Eth. Arist. c. de prud.

18. *Iliad.*

Ὡς ἕκτωρ ἀγορεύ' ἐπὶ δὲ τρῶες κελάδησαν
Νηπιοι· ἐκ γὰρ σφεων φρενας εἵλετο πάλλας ἀθήνη.

Sic Hector concionatus est: Troiani autem applauserunt
Stulti: nam ipsis mentes abstulerat Pallas Minerua.

Quod ipsum & verum asserunt, *fatum* qui vrgent consiliorum vt putant euersorem bonorum, & *fortunam.* Vtrumq; enim Deum haud obscure innuit, illud imprimis, quod *causarum supremam asserunt,* & ad eam ordine serieq; causarum adscendunt. Quo & factum, calamitates suas *Romani irato* tribuerint *Deo,* non calamitatum executori. Sic enim grauiter admodum *Tacitus: Nec vnquam atrocioribus pop. Rom. cladibus magisue iustis iudicijs approbatum est, non esse curæ deis securitatem nostram, esse vltionem.* Quid quod & consilia meliora fato quæ approbante. *Meliore fato fideq; Flauianarum partium duces consilia belli tractabant;* est iterum *apud Tacitum.* Et tam contumaces hic sumus, vt fatorum vim hominū consilijs euitari posse statuamus. Præterquam enim quod verissimum positum supra: *pius imperat astris:* quod & piorum

Cic. 1. Diuin.

1. *hist.*

3. *hist.*

rum exemplis in scriptura cõprobatum: pręterquam quod notissimũ: *inclinant astra, non necessitant*; & Deus ipse quodãmodo in potestate nostra: *propitij certè si per mores nostros liceret, dij: nec a dijs nisi iustæ supplicum audiuntur preces* ait rectè *C. Cestius* Senator. Fatum igitur cur illi, & nos hodie, reb. malè & contra consilia nostra cadentibus cur accusaremus ipsi accusandi. Quia enim in fatum cõmittimus, punitionẽ fati rebus nostris & actionibus excitamus, attrahimus. Ipsi iterum hoc dicunt Ethnici *fatum* dum dicunt *legem*. *Occulta lege fati & ostentis ac responsis destinatum Vespasiano liberisq; eius imperium*. Fatum igitur si lex, aut legislator quidam: leges autem patiantur prius quam agãt: in pœnarum namq; & pręmiorum ęqua distributione legis omnis occupatur virtus: quid obest, quo minus statuamus *fatum* illud *generale*: liceat nobis vti hac voce, quo innuamus fatum sese habere ad actiones humanas, vt legem aliquam vniuersalem: *ex facto nostro*, vel ratione & qualitate facti humani *qualificari*? quid obest quo minus asseramus nõ secus vt regum & principum humores a subditorum, sic & fati dependere ab humoribus hominum? Posito itaq; hoc & probato, cessabit, existimamus, Tacito, iudicium in incerto esse, *fatone res mortalium* & necessitate immutabili, *an forte* voluantur: cessabit multis insita opinio, non initia nostri, non finem, non deniq; homines dijs curæ esse; cessabit, deterrima & tristissima in bonos, læta apud deteriores esse: cessabit: Natura infirmitatis humanæ, tardiora remedia quam mala: cessabit dubitare *Tacitus* fato & sorte nascendi vt cœtera, ita principum inclinationem in hoc, offensionem in illos an sit aliquid in nostris consilijs. Stabit, *fata congruere rebus*, sed non e vagis stellis, verũ apud principia & nexus naturalium causarum: stabit: *Vnusquisq; faber suæ fortunæ*. An autem exinde Cæsaris consilium? Negemus vult ipsa contra *Pompeij* iam relata consilia ratio: vult, qua historici sæpissimè & imperatores in victorijs vtuntur sententia: *loco sapientiæ est alienam stultitiã aperiri*. Et aduersariorum stultitiam suam sæpe homines interpretãtur sapientiam: aliorum incommodum suum commodum. Vt igitur consilium ex stultitia? cum stultitia aliorum in sui vtantur commodum, non sua sapientia consilio ve? *Impetus* igitur magis existimamus quod ex parte fuerit Cæsaris, *quam consilium*. Proprietates enim impetus apertæ. De quo videantur historici. Positioni autem huic nostræ: impium consilium non solum infirmum, sed nullum, nõ alterius quam auctoris sui euersorium: *Achitophelis* obstare fortiter videtur consilium. Hoc enim, *malum* licet, *consilium tamen* non solum appellatur a Propheta, verum & vt inuictum timetur ab eodem. Sed responsio facilis: quia *ex parte Dauidis nullum*, quia *Absolonis* seditio & in patrem conspiratio

Tac. d. lib. 3.

Tac. 4. hist.

Tac. 1. hist.

6. Annal.

Tac. vit. Agric.

4. Annal.

6. Annal.

Tac. 2. hist.

ob patris impietatem & legis diuinæ transgressionem. Videatur l
ria. Quo & respicientes impij, & scientes consilium donum ef
ritus Sancti: hoc autem non nisi in pium fundi: tum demum infu
Spiritum Sanctum & Deum absentem peccata ob quando sci
Psalm. 71. v. 11. *Sequamur*, inquiunt, iam, *& interficiamus, dum non est qui eripiat*
ex iam dictis, in specie quidem illis, talibus tamen, quæ in gene
rissima, & omnibus omnino consilijs vt applicentur apta, neq; n
pietate, neq; natura, id, laruam impietatum omnium merito appe
quod poterimus, tritissimum hoc: *Optimè consulta sæpe pessimè c*
Nunc occasio est, inquiramus: *Ex euentu malo ad consilium non*
cludendum malũ: ex bono ad bonum? Et sanè prægnantes tam pro
matiua, quam pro parte negatiua rationes. Proilla stant quæ d
supra, consilium inuictum vbi probauimus. Si enim inuictum, n
necessum arguamus *ad non consilium*. Rationem suppeditat natu
effectu namq; conclusio datur ad causam ob similitudinem illiu
hac vel huius cum illo. Accedunt qui *fatum consilij* aiunt *eum fu*
id quidem legem: lex autem non puniat nisi delinquentem: in
natura & forma cõsiderata non potest punire nisi delinquentem
iuris sit: *alterum non ladere, sed suum cuiq; tribuere.* Adest & scri
quæ ex fructu agnoscendam arborem. Pro hac votum *Poëtæ:*
successibus opto, Quisquis ab euentu facta notanda putat. Scrip
xemplo *turris Siloë.* Durus fatemur nodus, cui soluendo
opus gladio. Qui licet nobis desit, tentabimus tamen an possi
firmatione sententiæ negatiuę & responsione ad affirmatiuam
tuendo *differentiam inter consilij partes, scopum* nempe &
inter *ius* & *factum, sententiam & executionem*. Scopum, ius, sente
inuicta decimus & ita modi facti, executionis exitu infelici
infamanda. Hæc enim cum *prudentiæ* sint, quia facti: prudentia
& factum mutationi & infirmitati obnoxia: vel ratione *virium*
sarum in agente & patiente: exemplum refert *Saluator* ædificio
pientis & non finientis: vel ratione *medij* ad finem propositum
cientis: idem exemplum adfert bellum sine præuia virium sua
minatione incipientis: vel ratione *temporis*: vt est Maccabæor
Sabbathi die prælium recusantium: vel ratione *aliarum* insu
circumstantiarum executionem impedientibus, suspendentibus
cludimus *euentum malum infamare executionem*, non probare
lium ipsum tale. Quid quod Ethnici ipsi erubuerint infirmitat
Tac. 1. hist. buere consilio: quam tamen manifestè adscripsere executio
sus euentuq; rerum plerumq; fortuiti sunt. Et ad hoc significand
didimus definitioni verbum *gerendæ*. *Consilium est sententia rei*

renda. Vt enim omitti potuit, aut debuit, sine quo consilium omne ritum est & nullum? Non secus enim vt ius nullum, sed irritum & elu- orium, nisi sit qui exsequatur: ita *consilium sine exsequendi modo stul-* um. Hinc rectè dictum *ab Aristotele* in consultationibus esse debere 1. Rhetor. tum & media perueniendi ad finem. *Executio* autem hęc, cum *facti* sit ex contrario seu opposito qualiter debeat esse qualificata, & ex ani- mo quoq; exsequentis ponderanda veniat, difficile sanè est, imò, nostro quidem iudicio, impossibile partem hanc certis præceptis includere & circumscribere. Generaliter tamen tenendum: *Vix felicem executionẽ, affectu humano aut medio contrario Deo & pietati infectam. Felicitatem exsecutionis ex subiecto, seu oppositi sui limitandem & qualificandam.* Cum aliàs notissimi iuris agentis qualitates ex qualitatibus patientis æstimandas. Et hæc quidem paucissimis. plura volentem ad historias remissum volumus. Circa hoc quæstio moueri solet non inutilis, sed maximi momenti: *An consilium medio illegitimo, & ita malo, executio- mandandum?* Pro affirmatiua facit illud Poetæ: *Dolus an virtus quis in hoste requirat?* Quotidiana & omnium temporum & rerumpubl. pu- gnat praxis & experientia. Stat pro contraria scriptura, quæ ait: *Non sunt facienda mala, vt eueniant bona.* Et laudatum hoc Romanorum: *Didicisse Romanos vincere virtute, non dolo.* Nos *distinctione* rem ad concordiam an reducere poterimus, tentabimus. Misso igitur aliorum iudicio, eoq; saluo, *distinguimus inter executionem quæ immediate sese habet respectiue, seu quæ immediate respicit ipsum consilium*, qua versa- tur in quæstione iuris: & *inter executionem quæ seipsa & facto eius in quem intermedio consilium dictum respicit, & ab executione illa imme- diata profluens ad consilium tandem ipsum seu scopum redundat.* Vnde & veniam nos impetraturos confidimus *hanc executionem executionis* si nominauerimus. Res autem quo fiat clarior, *exempla* subijciemus alte- rum *iuridicum*, *politicum* alterum. Pronunciatur a prætore sententia: vacuam possessionem intra diem restituas. Damnatus nõ restituit: exe- cutionem per in bonorum possessionem, impedit, impedientem præ- tor armata vi possessione eijcit aut dolo. Illa per bonorum possessionẽ immediata nobis est, per vim aut dolũ mediata seu executio executio- nis. Aliud. Bellũ iustũ contra hostẽ decernitur. arma capiuntur. Resistit hostis. prælio decernimus. Hoc decernere prælio, executionis executio nobis. Quo præmisso, *in executione immediata medio illegitimo consiliũ infamari concludimus, & dolo: dolũ autem & artẽ in executionis execu- tione neutiquã vituperandũ.* Quis enim non reprehenderet iudicẽ si ini- tio statim possessorem possessione vi aut dolo eijceret? Quis laudaret ducẽ, qui nulla habita iuris gentiũ & iuris fecialis, clarigationisq; ratio-

ne pręuia statim hostē adoriretur fraude, imò bello aperto
iam legitime mododicto repugnante & bellū inferenti insi
cundē vituperaret arte in defensionē sui vtentē? Et hæc qu
Annon enim *finis medijs dat mensurā*? fine autē iusto pio,
tute finis oportet sint pia, iusta. Hinc & ab interpp. iuris rec
falsis allegationibus & medijs iustam causā neutiquā firman
dāq;. Et ex hoc fundamento excusari posse opinamur *Athe*
supplicio recōpensarunt victorias a ducibus suis nullo consi
reportatas: condemnari, qui *pasce Veritatis in occide* vertunt
gionem ferro & igne propagatā satagunt: qui *Machiauelic*
resp. exędificari posse existimant. Quā benè illud Romanor
non fraude. Nec tamen negamus, vti posse quē stratagem
nāq; reges, imperatores principes, duces, magistratus, gentes
vsurpasse σοφίσματα, *executionis tamen magis in executione*. H
iustum existimamus & ęquū quacunq; ratione sanguinē suu
re. Et huc referimus illud Poetæ: *dolus an virtus quis in h*
rat. Cum & inter hostem & hostem ex parte altera sit offen
altera defensio: *non enim potest bellum ex vtraq; parte esse iust*
te autem consilij stet defensio, iniustè facturum statuimus d
si offendentem circumuenire, & ita se reipubl. conseruare,
autem ex republ. vt iniustum & legum naturæ & reipubl. t
rem tollere neglexerit. Subijcimus tandem ob iam præmis
da esse consilia quæ executioni mandata plus damni adferen
cri, detrimenti quam commodi impietatis quam pietatis. Egre
tale limites iustitiæ, & fit iniustitia. Et aliàs *consilij* est *pro*
duo mala minus, inter duo bona, maius eligere. Sapienter
Tiberius, sæpè apud se pensitato, an coerceri tam profu
(apparatus) possent: num coercitio plus damni in rempubl.
indecorum attrectare quod non obtineretur, vel retentum
& infamiam virorum illustrium posceret, postremo literas
composuit, quarum sententia in hunc modum fuit. Cœte
in rebus, &c. quæ videantur. Et certè cōtemptum gignere
bus de re quam non possint exsequi, *Tiberius* vt *verbis*, sic
est & expertus *Hordonius Flaccus*. Hunc enim superior exe
nebat, senecta ac debilitate pedum inualidum, sine consta
auctoritate, ne quieto quidem milite regimen. Ideo furent
tate retinentis vltro etiam accēdebantur. Huius itaq; natur
consilia non sunt. Dissoluunt enim rempubl. non consti
omnis constet vnitate & ita numero.

ac. 3. Annal.

Tac. 1. hist.